



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae, 1584**

**VD16 B 7375**

9. De Nestorij hæretici & Mariomastigis pœna, ac dira vltione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

nam quandam neruorum contractionem, primis incunabulis, gradiendo natibus pariter cruribus utebatur. Præterea Bidellus Florentinus propter faucium pectorisque contusionem, multos annos loqui nihil potuit. Ambròsius cum D. Mariæ eodem in loco suppliciter commendassent, sani prorsus euaserunt. Omni populo multis annis noti erant infirmi, postea iam quatuor continuè omni populo sani.

*Nicephorus Callist libr. 14. cap 36. histor. ecclesiast. & Petrus Canisius loco citato, Nestorij heretici et Mariomastigis poenitentia uisione.*

C A P. I X.

**N**estorius cum hostile bellum aduersus Deiparam instituisset, adeò non impunitè tulit tantam audaciam & procacitatem, ut fuerit à toto Concilio Ephesino anathemati perpetuò traditus, ab Imperatore quoque Theodosio in exilium actus, Episcopatu suo Constantinopolitano planè spoliatus, ac demùm coactus in exilio vitam abstinere calamitosam. Sed & blasphemam esse linguam, miri carnifices corrodere vermes, si non corpus, nefandum nouæ impietatis organum, à terra dehiscente absorptum, certè anima eius ad inferos usque detrusa, meritis blasphemix poenas luit. Nicephorus autem describit, Nestorium Theodosij Imperatoris iussione in extremis Thebarum oris, lo-



ex loco mutantem, versatum esse. Vbi, inquit, terra rupta coopertus atque oppressus, vitam hanc pro eo atque blasphemix eius conueniebat, amisit: Arrius alter vltimo vitæ suæ actu habitus &c. Nicephorus lib. 14. cap. 36. histor. Ecclesiast.

*Ioannes Moscus Euiratus in Prato spiritali, ca. 46. De Abbate Cyriaco, qui a virgine Deipara reprobatus est, quod Nestorij libros, licet ignoranter, domi suæ seruaret.*

## CAP. X.

**A**bbas Cyriacus, qui & Iauræ Calomonis presbyter eximius fuit, de seipso testatus est, quod aliquam mulierem honesta facie præditam, & purpuram indutam per somnium viderit, dominam nempe nostram Dei sanctam genitricem, duobus viris illam comitantibus, qui & ipsi venerabiles & præclari esse aspectus apparent; vtpotè Ioannes Baptista, & alter eiusdem nominis Euangelista. Abbas igitur de cellula egressus, orare Deiparam coepit, vt ad se ingredi dignaretur, ac sæpè hoc ab illa summoperè flagitauit, illa autem semper adnuente, atque hoc demùm respondente: Habes intra cellam tuam inimicum meum, & me illuc ingredi cupis? His dictis abcessit illa, & Abbatem valdè sollicitum anxiumque reliquit, vt qui nesciret, de quo inimico sermo hic haberetur, veritus etiam, ne quid occulti fortasse criminis ipse in Dei-